



## Universitätsbibliothek Paderborn

**ELEGIA ET DEPLO-||randi hujus seculi querela,||  
REVEREN=||DISSIMO ET IL-||LUSTRISSIMO PRIN-||CIPI AC  
DOMINO, DOMINO || JOHANNI GUILIELMO, JULIÆ,|| Cliviæ  
& Bergiæ Duci ... ||**

**Grest, Wessel de**

**Lemgo, [ca. 1584]**

Ejusdem Epigramma Ad Zoilum, Et Parum Candidum lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34817**

EJUSDEM EPIGRAM-  
MA AD ZOILUM, ET PA-  
RUM CANDIDUM  
lectorem.

**Z**oile mordaci quin cessas carpere lingua?  
Quæ tibi non scripsit, sed mea Musa probis.  
Sunt Helicone procul, Thyrsò longeq; remota;  
Vera tamen: falsi ploro subesse nihil.  
Non exculta satis, decet ut, mea carmina, Phœbum,  
Atque Maronæis versibus æqua nego.  
Hos cecini versus, strepit anser ut inter olores,  
Ut tua rumpantur viscera, more pari.  
Nilq; moror, quod eos naso suspendis adunco,  
Carmina ceu vili pectine ducta fluant.  
Naso quàm laqueo suspendi mitius esse,  
Si nescis per nos experiâre licet.  
Digna Marone canant alii, quævis carminis auctor  
Tradidit Aoniæ pleetra sonora lyra:  
Atq; mihi vix modicè gustanti Phocidos undas  
Sit satis incultis hæc cecinisse modis.

ANTI.







